



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Antidecalogvs Theologico-Politicvs Reformatvs

**Dript, Laurentius a**

**Paderbornae, 1672**

18. Qui dormire nequit, nisi sumptâ vesperi coenâ, non tenetur Jejunare,  
nec in prandio collationem sumere, & vesperi coenare.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13441**

PROPOSITIO XVIII.

*Qui dormire nequit, nisi sumptâ vesperi  
cœnâ, non tenetur Ieiunare, nec in præ-  
dio collationem sumere, & vesperi cœ-  
nare.*

23. **C**Vjus si rationem investiges, hæc e-  
rit, quia nemo tenetur pervertere  
ordinem refectioinum; at quæ causa hujus?  
daturne forte aliqua in jure naturali vel po-  
sitivo ejus obligatio vel præceptum. Imo  
verò Ecclesiæ præceptum directe illi est  
contrarium, quæ tantum ab est, ut vetet per-  
versionem ordinis refectioinum, ut potius  
plures refectioines inhibeat: Jubens deter-  
minatis à se quadragesimæ aliorumque jeju-  
niorum diebus omnes Christianos unica  
refectioe esse contentos, quæ an in pran-  
dio, an vesperi sumatur in libertate relinqui-  
tur: quod si ex præcepto jejuniij nulla debeat  
obligatis oriri incommoditas, ut quid canit  
de Deo Ecclesiæ: qui corporali jejunio vitia  
comprimis, mentem elevas, virtutem largi-

Q

ris



ris & præmia per Christum Dominum nostrum &c. Certè ardua est ad virtutem via, nec vitia nisi pugnando & carnis mortificatione comprimuntur, sed allegata propositione absurdior castisque auribus horrenda est, quæ sequitur.

### PROPOSITIO XIX.

*Defessus ex labore licito vel illicito, & commixtione cum fœminis, liberatur à lege jejuniij.*

Favorabiliores sunt quæ sequuntur,

### PROPOSITIO XX.

*Propter Authoritatem Doctorum prohibibile est, nullos artifices obligari ad jejunia.*

### PROPOSITIO XXI.

*Usus matrimonij est causa sufficiens admittenda jejunia.*

Propo